

audit seruus tuus **E**t dixit dominus ad eum **E**cce ego facio
 uerbum in israhel: quod quicumque audierit. timeat ambe au-
 res eius **V** Dormiuit samuel usque mane. aperuitque
 hostia domus domini. et samuel timebat indicare uisionem
 heu vocauitque heu samuelem et dixit samuel fili mi.
Qui respondens ait. Presto sum **E**t interrogauit eum
Quis est sermo. quem locutus est dominus ad te **R**espon-
 ditque ei. **N**e relinqueris me **H**ec faciat tibi dominus: et hec addat si ab-
 stonderis a me sermonem. ex omnibus uerbis que dicta sunt
 tibi **V** **I**ndicauit samuel uniuersos sermones. et non
 abscondit ab eo **E**t ille respondens. dominus est **Q**uod uo-
 tum est in oculis suis faciat **T**unc samuel. et dominus con-
 uersus est. et non cecidit ex omnibus uerbis eius in terram **E**t con-
 uenit uniuersus israhel a dan usque bethleem. quod factus
 est sermo. **P**ropheta est dominus **V** **E**t addidit dominus ut
 appareret in sylo. iuxta uerbum domini. et uenit sermo sa-
 muelis uniuerso israhel **E**t factum est in diebus illis: uene-
 runt philistinim ad pugnam **E**gressus est namque israhel
 obuiam philistinim in bellum. et castra metatus est
 iuxta lapidem aduitonim **P**orro philistinim uenerunt
 in affec: et instruxerunt castra contra israhel **I**n dominica
Congregans philistinim agmina sua in bellum uene-
 runt in bellum inter castra metati sunt inter sadoch
 et azeca in finibus domini **P**orro saul et filii israhel congregati sunt
 et uenerunt in bellum ad pugnam **E**t dixerunt castra ad pug-
 nandum contra philistinim. et philistinim super montem stabant
 ex hac parte. et israhel stabat super montem ex altera parte uallis que
 erat inter eos **E**t **E**t egressus est unus spiritus de castris
 philistinorum nomine goliath de gath. altitudinis sex cubi-
 torum et palmo et cassis erant super caput eius. et lorica hama-
 ta induebatur **P**orro pondus lorice eius. quique milia si-

